



Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

11. Quòd manere debet firmum si servi fisci Ecclesias fecerint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

et virilem sumit, anathema sit.

De his qui Christianitatis obtentu despiciunt
filios. *Ex eodem.*

VII. Si quis filios suos relinquens, non Conc. Gangr.
c. 15.
eos enutrit, sed eos neglegit occasione conti-
nentiae, anathematizetur.

De his qui dominico die jejunant.
Ex eodem.

VIII. Si quis propter continentiam in die Conc. Gangr.
c. 18.
dominico jejunat, anathema sit. Burchard. lib.
13. c. 19.

De his qui abominantur eos qui carnibus
vescuntur. *Ex eodem.*

IX. Si quis carnem edentem, præter san- Conc. Gangr.
c. 2.
guinem, (id est, absque sanguine) & idolis
immolatum, & suffocatum, cum religione &
fide condemnat, anathema sit.

Non debere in diebus jejuniorum comme-
morationes martyrum fieri. *Ex
Concilio Laodicensi.*

X. Quod non oporteat in quadragesima Concil. Lao-
dic. c. 51.
martyrum natalitia celebrari, sed eorum san-
cta commemoratio diebus sabbatorum & do-
minicorum fieri conveniat. Burchard. lib.
13. c. 10.

Quod manere debet firmum si servi fisci
Ecclesiæ fecerint. *Ex Concilio
Toletano.*

XI. Si qui ex servis fiscalibus fortasse Ec- Concil. Tolet.
3. c. 15.
clesias construxerint, easque de sua pauperta-
te ditaverint, hoc procuret Episcopus prece
B b ij

388 PRIMA APPENDIX
sua auctoritate regia confirmari.

Ut omni die energumeni exorcizentur.
Ex Concilio Carthaginensi.

Concil. Car-
thag. 4. c. 90.
Burchard. lib.
2. c. 223.

XII. Omni die Exorcistæ energumenis
manum imponant.

De victu energumenorum. *Ex eodem.*

Concil. Car-
thag. 4. c. 91.
Burchard. lib.
3. c. 213.

XIII. Energumenis in domo Dei sedenti-
bus victus cotidianus per Exorcistas mini-
stretur.

De servis qui ad Ecclesiam configuiunt.
Ex Concilio Aurelianensi.

Concil. Aure-
lian. 1. c. 3.
Burchard. lib.
3. c. 192.

* Codex MS.
causa

XIV. Servus, qui ad Ecclesiam pro quali-
bet * culpa configuerit, si à domino pro ad-
missa culpa sacramentum susceperit, statim
ad servitium domini sui redire cogatur. Et si
posteaquam dato sacramento domino suo fue-
rit consignatus, si aliquam pœnam pro eadem
culpa pertulerit, pro contemptu Ecclesie &
prævaricatione fidei dominus à communione
catholicorum habeatur extraneus.

Decreta In-
noc. 1. c. 2.

De nominibus recitandis in Missa.

Ex epistola Innocentij.

XV. De nominibus recitandis hoc obser-
vetur, ut prius oblationes offerentium com-
mendantur, & tunc eorum nomina, quorum
oblationes sunt, inter sacra Missarum myste-
ria nominentur.

§ † §